UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten ...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

DXX. Markgraf Woldemar von Brandenburg vereignet der Stadt Lüchow das Dorf Diekstadt, am 8. Januar 1319.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56055

Visual Library

til Roſkilde Aar MCCCXVIII S. Mortens Dag, der handlet de imellem Kong Erich aff Danmarck oc Sclaven, Byrge Sverigis oc Gottis Konge, Konning Byrgis Börn oc deris Anhang, oc med Kong Haagen aff Norge, oc de unge Börn, Her Erichs oc Her Woldemars aff Sverige, deris Vnderſaate Sverigis Rige oc Anhang paa den anden ſide: loſuede diſſe Herrer fore, at den Forligelſe forneffnde Parter vaar imellem giort, ſkulle ſtadeligen holdis, under deris Indſegle. Datum Vordingborg, feria VI proxima poſt Martini.

Aus Huitfeldt Dan. Rig. Krön. III, 407.

DXIX. Markgraf Woldemar von Brandenburg ſchenkt der Stadt Sagan das Dorf Eckartsdorf, am 27. Dezember 1318.

In Nomine Domini Amen. Cum propter labilem humanae mentis memoriam plereque procedente tempore in oblivionem venire ſoleant mortalium actiones, neceſſarium eſt, ut ea, quae aguntur, ſcripturae teſtimonio roborentur. Hinc eſt, quod Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburg. et Luſacie Marchio, ad notitiam praeſentium et futurorum memoriam devenire volumus, recognoſcentes publice in his ſcriptis, quod conſideratis et conſpectis meritis et precibus noſtrorum Ciuium in Sagano villam Ekhardſtorph cum omnibus ac ſingulis uſibus ac utilitatibus et proventibus ad eandem pertinentibus, ſecundum quod eſt in ſuis limitibus et terminis, cum ſylvis, pratis, undis, agris, diſtinctorum et limitatorum, memoratis Civibus et Civitati Saganenſi omni jure, quo ipſam habuimus, dedimus et donamus, nullum prorſus jus nec petitionem nobis vel noſtris ſucceſſoribus ſeu haeredibus reſervantes, ſed eam in uſus ſibi placitos convertent, ſicut ipſis et eorum ſucceſſoribus utilius et expedientius viſum fuerit expedire. Et ut haec noſtra donatio ac donationis proteſtatio perpetuo perſeveret intacta, praeſentes fieri et noſtri ſigilli munimine fecimus roborari. Praeſentes fuerunt nobiles viri Dominus Rod. Dux ſaxon: Gunth. Comes de Keuernberg, Cunradus de Reder, Druyſeko, Slotecko, Chriſtianus de Gherardſtorph noſtri milites cum pluribus aliis ſide dignis. Datum Spandowe, anno Domini M.CCC. decimo octavo, die ſancti Joannis Evangeliſte.

Worbs Archiv für Schleſ. Geſch. I, 350, wo jedoch die Reihe der Zeugen alſo beginnt: Dominus Pock, Dux ſaxon: Cunitz Comes etc.

DXX. Markgraf Woldemar von Brandenburg vereignet der Stadt Lüchow das Dorf Diekſtedt, am 8. Januar 1319.

Wi Woldemar, van der gnade Godes Margreue tho Brandenborch und to Luſiz, bekennen in diſſen gegenwerdigen breue, dat wi den Borgern und der Stadt Luchow gegeuen hebben den Eigendom des dorpes to dem Diekſtede, ewelken to beſit-

tend mit alle deme rechte, dat wi daran hebben, an worden, an acker, an weyde, an wiſchen, de twiſchen den dorpe und der Stat liggen, frie aller bede und alles denſtes, ewelken to rechten Eygene to beſittende. Darum hebben ſe uns gegeuen und bered achtentig Mark Brandenborger ſiluers und gewichtes. Vp dat düt ganz und ſtede bliue, hir hebbe wi deſſen brief ehn gegeuen, beſegelt mit unſen Inſegele. Dat is witlik hern Droiſeken, hern Johann von Cröchern, hern Hinrik von Schenkendorpe und hern Heinriken von Aluenſleue, unſen riddern, hern Euerhard dem Praueſte to Stolpe, Hermannus von Luchow und andern guden luden. Deſſe brief is gegeuen to Spandow, na der Gebort Godes duſend jhar drehundert jhar in dem negenteinden jahre, des Mandags na dem twelſten.

Nach Gercken's Verm. Abhandl. III, 270. 271.

DXXI. Graf Berthold von Henneberg begabt die Capelle des h. Jacob zu Schmalkalden und verwandelt ſie in ein Stift zu Ehren des heiligen Egidius, mit Genehmigung ſeines erſtgebornen Sohnes Heinrich und der Gemahlin deſſelben Jutta, Tochter des Markgrafen Hermann von Brandenburg, den 1. Februar 1319.

In nomine domini amen. Nos Bertoldus, dei gracia comes de Hennemberg, recognoſcimus ſerie publice litterarum, quod conſiderantes, tranſitoria in eterna et terrena in celeſtia nobis tunc felici commercio commutari, quociens et quando ex diuina inſpiracione pia loca ad ſuorum miniſtrorum ſuſtentacionem, et vt in illis cultus diuini nominis amplietur, de bonis, que ſuper terram ſunt, habundancius ſauente domino iuuamus, ditamus et nonnulla de nouo conſtruimus et plantamus, igitur ſana deliberacione prehabita pluries cum familiaribus noſtris, ſalutem anime noſtre zelantibus, ad cappellam beati Jacobi apoſtoli prope caſtrum in opido noſtro Smalkalden, Herbipolenſis dyoceſis, in laudem ſancte trinitatis et glorioſe virginis Marie, et honorem beatorum Egidii et Erhardi confeſſorum, et in remiſſionem peccaminum noſtrorum, ac eciam in remedium animarum progenitorum noſtrorum, eccleſiam vnam collegiatam canonicorum ſecularium de perſonis duodecim per nos inſtituendorum et ibidem deo perpetue famulancium de nouo duximus inſtaurandam. Et quia ſpiritualia ſine temporalibus non poſſunt comode ſubſiſtere, et habitis temporalibus ſpiritualia fiducialius amplectuntur, theſaurizare nobis cupientes theſaurum in celo incommutabilem, ad ſuſtentacionem congruam dictorum canonicorum, quorum quidem ſeptem per nos ex fundacione in dicta eccleſia ex nunc inſtituti et dotati exiſtunt, adeo quod hec datacio pro qualibet perſona, ſingulariter predeductis impenſis culture bonorum, ad viginti quinque librarum hallenſium redditus comode ſe extendit, quem quidem numerum perſonarum cum prebendis eque valentibus complere in ſcriptis hiis promittimus infra quinquennium a data preſencium numerandum irrefragabiliter, prout eciam id ipſum nos et Heinricus, noſter primogenitus kariſſimus, ſacere promiſimus ad manus venerabilis patris et domini noſtri, domini Gotfridi Herbipolenſis epi-